



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

18. Charta agnationis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

in pago illo, in loco qui dicitur ille. Habet in longo dextros tantos, & in lato dextros tantos. Subjungit de uno latus terra lui, de alio latus terra illius infra ipsa terminatione & mensura ad integrum. Ita ut ab hodierno die uniusquisque contra pare suo quod accepit habeat, teneat, atque possideat, vel quicquid exinde a die praesente facere voluerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendi. Si qui verò, quod nec fieri credo, si ego ipse, aut aliquis de heredibus meis, vel quislibet ulla opposita persona, qui contra hanc commutationem pars contra pare suo venire conaverit, inferat pars pari suo ista tota servante, unā cum socio fisco, auri uncias tantas esse multandum, & praesentes commutations duo uno tenore conscriptas omni tempore firmas & inviolatas permaneant.

Charta agnationis.

XVIII. Femina illa, ille. Omnibus non habetur incognitum qualiter te per voluntatem tuam servus juris mei nomine ille ad conjugium sociavit uxorem, unde vel procreationem tuam in servitio inclinare potueram. Sed mihi præputuit voluntas plenissima ut talem epistolam donationis in te fieri & affirmare rogarem, ut si aliquis procreationes filiorum aus filiarum ex te nate vel procreata fuerint, sub integra ingenuitate cum omni peculiare eorum valcent Christo proprio permanere, & quicquid laborare potuerint cestum habeant, & nulli heredum ac proheredum meorum nullum impendant servitium nec hominum vel patronatus obsequium, nisi soli Deo, cui omnia subiecta sunt. Testamentum etiam faciendi, defensionem verò vel mundeburdem Ecclesiarum aut bonorum hominum, ubincunque eligere voluerit, licentiam habeat ad conquirendum. Si quis verò, quod nec fieri credo, si ego ipse, aut ullus de heredibus meis, vel quislibet ulla opposita persona, qui contra hanc epistolam agnationis venire conaverit, inferat ei cui litem intulerit ista tota servante, unā cum socio fisco, auri uncias tantas esse multandum, & praefens agnatio omni tempore firma permaneat.

Traditoria de terra.

XIX. Veniens homo aliquis nomine ille in pago illo, in loco qui dicitur ille, ante bonos homines qui subter firmaverunt, terram illam, id est, tam mansis &c. totum & ad integrum, quam ante

hos dies hominem aliquo nomine ille per venditionis titulum accepto vero pretio viuis fuit vendidisse; sed ante ipsum bonos homines ad integrum, ut quicquid prædicta venditione ei vendidit, per manus partibus ipsius lui vel herbam vel terram viuis fuit tradidisse, & per suam fistucam contra ipsum illum exinde exitum fecit, ut quicquid ipse ille de ipsa terra a die praesente facere voluerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendi. & cetera.

Traditoria de venditione.

X X. Notitia qualiter & quibus praesentibus veniens homo aliquis nomine ille missus inlustris viri illius super fluvio illo, in loco quod dicitur ille, ad illo manso vel illa terra quam ille homo hominibus illis ante hos dies ad casa sancti illius pagensis per chartam cessionis partibus ipsius illius per illud ostium vel anaticula de ipsa casa per herba vel terra de ipso manso, vel quicquid ad ipso manso alpicit, sicut in ipsa cessione est insertum, ad partem ipsius Ecclesie viuis fuit tradidisse vel consignasse. Id sunt quibus praesentibus.

Notitia de servo.

X X I. Notitia qualiter & quibus praesentibus veniens homo aliquis nomine ille in pago illo, in loco qui dicitur ille, seu in mercato, vel in quoconque loco, ante bonis hominibus qui subter firmaverunt, dato suo pretio ad hominem negotiantem solidos tantos, servum suum nomine illum viuis est comparasse. Et ipse negotians ipsum servum superius nominatum per manus partibus ipsius lui viuis est tradidisse, non fraude, sed in publico; ut quicquid exinde a die praesente facere voluerit, liberam & firmissimam in omnibus habeat potestatem faciendi. Id sunt.

Notitia de jaclivis.

X X I I. Notitia qualiter & quibus praesentibus veniens homo aliquis nomine ille in pago illo, in loco qui dicitur ille, in mallo publico, ante viro illo Comite vel reliquis quamplurim bonis hominibus qui subter firmaverunt, repetebat ei, dum diceret eō quod homine aliquo nomine illo ante ipsum Comitem aframitum habuisset, à quo placitum venit ipse, ille placito suo custodiebat, & nec ipse ille ad eum placitum venit, nec misso in vicem suam direxit qui ulla sonia nuntiasset, & placito suo neglexit, & jaclivus exinde remansit. Id sunt quibus praesentibus fuerunt.

Securitas.